

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6436

**Auteur(s) :** Richard de Moiaz, Bernay, Notre-Dame (abbé)

**Auteur(s) :** Bernay, Notre-Dame (abbaye)

**Bénéficiaire(s) :** Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1203, 10 janvier

**Lieu d'émission :** Hauville

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'abbé Richard de Moiaz et les moines de Bernay notifient l'accord conclu entre eux et les moines de Notre-Dame du Vœu sur la chapelle Saint-Marcel et les champs avoisinants.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Du Monstier Arthur, Somménil F., *Chronicon valassense*, truncatum a R. p. Arturo Du Monstier in sua Neustria pia, integrum necnon variis adnotationibus vindicatum ac illustratum de novo edidit F. Somménil, presbyter Rotomagensis, Rouen, Lebrument, 1868, p. 66-69.

b. Avenel Alain, Cahagne Jean-Marie, Follain Éric, Grémois Alexis, Le Maho Jacques, *Le Valasse*, t. 1, L'abbaye cistercienne Notre-Dame du Vœu, XIIe-XVIIIe siècles. Le château, XIXe-XXe siècles, Rouen, Éditions des Falaises, 2009, 1 vol., « La fondation du Valasse racontée par les chartes », n° 12, p. 39 (traduction).

Texte établi d'après a

Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego Ricard. de Moiaz, Dei gracia dictus abbas Bernac., et totus ejusdem loci conventus, abbati et monachis ecclesie B. M. de Voto, pacis inter nos et concordie reformande gracia, concessimus capellam S. Marcelli cum omnibus agris affinis, quos dudum ibidem possedissemus ; et totum illud quod in ecclesia S. Thome de Grochet aut nobis, aut ecclesie nostre de Bolebec, de jure videbatur competere ; et triginta solidos annui redditus, viginti scilicet in cunctis tenementis nostris et hominibus de dicto Grochet: videlicet, in feodo Chisnel, in Tostano Guereline, in Osberto Ysac, in Johanne Mdace et in Oino Chisnel, et decem reliquos in molendino quodam olim nobis, per transactionem et concordiam, ab eisdem assignatos, et totam terram et nemus, quod Longumfaiel dicitur, quod etiam super illos vindicare nitebamur ; prout decem et octo acras terre, sex videlicet ejusdem memoris et duodecim terre arabilis, juxta idem nemus, quas iidem monachi de Voto nobis assignaverunt, pro finali pace et concordia, de omnibus querelis que inter nos, aut jam dudum hinc inde suborte sunt in illis partibus, aut possent conceps suboriri. Ceterum si terram dictam, nobis transactionis interventu ab iisdem collatam, proprio labore vel sumptibus coluerimus, de eadem terra decimam illis dare non tenebimur ; Sin autem colono alicui pacto quolibet ipsam terram colendam tradiderimus, tota decima predictis monachis de Voto, de eadem terra, sine contencione aliqua, persolvetur. Et ne supra predictis rursus hinc inde suboriatur contentio, omnia supra scripta, preter decem et octo acras prenomatas, exceptis etiam parrochionatu dictorum hominum, et decimis quas in ipsis et eorum tenementis solebamus percipere, absque juris nostri vel

rei alicujus retencione nobis in ipsis supra scriptis, presenti carta et sigillorum nostrorum appensione, pretaxatis monachis de Voto, dignum duximus confirmanda. Actum est hoc anno Incarnacionis dominice M. CC. III., IIII Id. januarii apud Hauvill. in presencia domini Roberti comitis Mell. coram domino Ricardo de Moiaz secundo de Bernaco, et domino Vincentio de Voto, abbatibus, fratre Roberto de S. Vincentio, et fratre Johanne Anglico monachis bernac., et fratre Rad. cantore, et fratre Johanne de Fiscampo de Voto converso, presentibus. Test. his, Hug., de Wifrevill. monacho gemetic., Nicholao de Londa, Nicholao de Tokevill., Waltero de Frollencort, Gaufr. Landri, Will. de Bornevill., Willermo de Chaumont et aliis quam pluribus.